



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

XXXIV. Ioan. Trithe. Ab. Spanhemen. Germano De Ganay viro doctiſſ.  
salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

Vae autem Priori nostro tam bene  
erit progressus, ad quam introitus  
noluerit, ego clementissimi principis  
non fauere. Amator est enim omnium  
semper munificus, cuius virtute  
timorem qui dixit: *Nihil condilum*  
quousq; temerarios aut pernitentissimos  
um tempore deliberemus. Omnia enim  
ortitudine superari nequeunt, tempore

utare

m.

ime dixit:

a.

unturq;

ndit.

na.

quis ego vt contradicam? aut quare  
sum ipse, Dominus Iesus nomine de non  
que peccatis, & amore regni celestis,  
orem sponte dimittere, sed extor-  
i. Iniurias & contumelias non mitti-  
m in eius retorquere caput, malis  
ascitare vindictam. Est Deus in con-  
abito vindicabit. Omnia enim in hoc

m.

re.

nitati cōparatum omne tempus breue  
urum, & propterea cū alteri operetur  
Chrysofomus? *Quisquid a quibusdā  
vriū, aut stantia in nobis delicta non facit*  
& tranquillitate, vt ita dixerim, philo-  
scripaturarū, q̄ omnibus est notū quare  
tū profecerim iā primū experientia  
iā venit hora tentationis, que necessa-  
uta euaserim, qui tot annis dicitur  
nō vulgariū neq; impressorū ratiōe  
lamo, cū maxima diligentia de quibus  
aui, quibus legēdis & studiose  
ous exposulat declarandū. Delecta  
citur. Si ergo in tātis aduersitatibus  
quidē promptus est, caro aīte infirma  
ce rogo, quaten⁹ mihi tuis orationibus  
lulo interpellas, vt tuis mihi precib⁹  
algeat veniā, & suam me faciat de qua  
ū ad me vocauit Neometim, si quid  
is Augusti Anno Christiano M.D.V.  
XXXIII. GEB.

GERMANVS DE GANAY, CLARISSIMO VIRO IOANNI TRITHEMIO  
abbati Spanhemensi, nostrae tempestatis splendori, Salutem.

**N**ON potest abscondi, dignissime vir, solare iubar, cum nostrum percurrit hemisphae-  
rium, neq; humanis subtrahi obtutibus, sed fulgidissima suae lucis spicula, in omnium  
diffundit oculos, eosq; rapit in suae claritatis admirationem. Ita quoque lucidissimus tuae  
doctrinae fulgor haud quaquam delitescere potest, sed in omnes quantoliber locorum in-  
terstitio semotos sui luminis emittit radium. Hinc apud externos tuum nomen habetur ce-  
lebratissimum, mirisq; effertur praconijs, qui singularis doctrinae tuae fama exciti, nihil ar-  
dentius optant, q̄ insignis scientiae tuae radio illustrari. Et ipse quoq; tuae humanitatis fi-  
ducia fretus, has ad te literas dare non sum veritus, quibus & tuae dignitati congratularer, &  
meum tibi desiderium explicarem. Incidit in manus meas epistola à te profecta ad quendam  
Ioanem Steinenmoelen, quem in ipso salutationis exordio, post tui nominis expressionē,  
virum desideriorum in sacris nuncupas. Ea sane raram & admirabilem continet philoso-  
phiam, tum de numeris, tum de elementis, adeo tamen aenigmatib⁹ obuclatam, & archa-  
nis obstrusam verbis, vt eius nullo modo mihi peruia sit intelligentia, meiq; longe excedat  
animi captum. Si itaque apud te aliqua illius esset interpretatio, quam mihi communica-  
re non abnuces, nihil ipse libentius legere velim. Coniectat enim animus dignā ad modū  
& altam verbis illis subesse sententiam, & ex tua itidem officina alia prodijisse opera, quae  
20 consuetum excedat philosophandi modum, & secretam contineant sacratamq; scienti-  
am. Illa si tuo praesidio assequer, Attalici opibus & diuitijs Creesi optabiliora contin-  
gerent. Quae mihi obsecro tui nominis cultori obseruantissimo impartiri non recuses. Car-  
olus noster Bouillus, qui superioribus annis cum per Germaniam iter ageret, tuam excel-  
lentiam inuisere venit, frequentem tui apud me fecit mentionem, meq; totum, vt verum  
fatear, adegit tuarum virtutum obseruatorem admiratoremque fieri. Demum harum la-  
tor tuae praestantiae notus & amicus magister Narciscus, maiora animi nostri vota, quae bre-  
uib⁹ literis haud facile complecti possem, latius explanabit. Vale nostri seculi decus & v-  
nicum doctrinae specimen. Ex Parisio 3. Calend. Augusti. anno M.D.V.

30

IOAN. TRITHE. AB. SPANHEMEN. GERMANO DE  
Ganay viro doctiss. salutem.

**V**ENIT ad nos Neometim \* orator tuus magister Narciscus quinta decima die mensis \* Spiram.  
Augusti literas perferens tuas, simul & grata munuscula, quem detinui mus apud nos  
diebus ferme duodecim, ne frustra tantum iter assumpsisse videretur. Magna sunt enim  
quae per eum nobis significasti, nec erat nostrae facultatis illi sine matura deliberatione da-  
re responsum. Mentem tuam eius relatione ad plenum intelleximus, & quantum nobis  
iam licuit, operā dedimus, vt tuo te non frustratum desiderio intelligeres. In omnib. autē  
40 tibi satisfacere hac vice potuimus minime, propterea q̄ à prima die mensis Aprilis hui⁹ an-  
ni in nostro nō fuerimus monasterio, cuius rei causas tibi referendas ipsi Narcisco ad per-  
fectū commisimus. Ad intelligentiam epistolae nostrae q̄ Ioanni Steinenmoel anno priore  
scripsimus, Narcisco introitu dedimus aliqualem, à quo rerū intelliges fundamentum ar-  
chanarum, quarū cognitione laboras: Ad vnitatē reducēdus omnino est ternarius, si mēs  
harum rerū velit intellectum cōsequi perfectum. Vnarius enim nō est numerus, & ex ipso  
numerus omnis confurgit. Reiciatur binarius, & ternarius ad vnitatem conuertibilis erit.  
Verum o Germane, vt Hermes inquit, sine mēdacio certum, & vnitatis cognatione verif-  
simū. Non omnium capax Narciscus. Quod est superius est sicut q̄ est inferius, & quod est  
inferius, est sicut quod est superius, quia solis vnitatibus constat omnis numerus, & ad per-  
50 pettanda miracula vnus rei multa. Nonne res omnes ab vna re fluunt bonitate vnus, &  
quicquid vnitati coniungitur, non potest esse diuersum, sed fructificat simplicitate & a-  
pratione vnus. Quid ex vnitate nascitur? Nonne ternarius? Accipe. Vnarius est simplex,  
binarius compositus, ternarius vero ad vnitatis reducitur simplicitatem. Non sum  
Trithemius mentis triplicis, sed in vna mente numero gaudens ternario, qui vere parit  
mirabilem factum. Pater eius sol, mater vero luna. Portauit semen in vtero ventus, terra  
nutriuit. Pater omnis perfectionis totius mundi hic est. Virtus eius integra & immensa. Si  
versum fuerit in terrā, separabis terram ab igne, spissum à subtili, & ternarius iam sibi red-  
ditus cū ingenio & suauitate magna à terra conscendet in coelum, iterumque virtute &

Philosophi-  
ca quaedam  
de numeris.

Trithem

Opera  
Historia

pulchritudine decoratus reuertetur ad terram. & recipit vim superiorem & inferiorem, & ritq; iam potens & gloriosus in claritate vnitatis, omnem aptus producere numerum, & fugiet omnis obsecuitas. Vnum est principium purum, binarius ab vnitate recedens componitur, quia impossibile est duo esse principia. Solus ergo ternarius, sacratu, virtuosus, & potens, binario superato in suum principium non natura, sed similitudinis participatione reuertitur, in quo sine contradictione omnia mysteria intelligit mens archani pulchre ordinati. Hæc est totius fortitudinis pulcherrima virtus, quæ vincit omnia mundana, & penetrat solidum corpus omne, tingens vnumquodque pulchritudine optabili, sicuti Alchimici quidem promittunt in corporibus compositis, sed errant, falluntur, & decipiunt omnes, à quibus libenter fuerint auditi. Volunt imitari naturam, & facere

*Alchimista vnum vnitate.*

*Iohannis.*

partes quod solius est vniuersalis, cum radicem virtutis naturæ non intelligant. Non acci-  
quiescas insipientissimis Alchimistis, quoniam fatui sunt & sine arum discipuli, hostes  
natura, & cœlestium contemptores, sine quorum intelligibili cognatione nihil est Al-  
chimia. Sed qui terrena non intelligit, sicut dominus noster Iesus Christus dixerat, cœle-  
stia quomodo inueniet? Nostra philosophia cœlestis est, non terrena, vt summum il-  
lud principium quod Deum nuncupamus mentis intuitu per fidem & cognitionem  
fideliter aspiciamus, Patrem & filium, & Spiritum sanctum, vnum principium, vnum  
Deum, vnumque summum bonum in Trinitate personarum sempiternum existentem  
veraciter credentes, pure cognoscentes, & cum feruentissimi amoris & seruitutis cultu  
semper adorantes, à quo sunt omnia quæ vspiam esse possunt. Ad hunc nisi mens anima-  
ta consurgat, nihil eorum quæ sunt pulchra intelliget, sed in sua ignorantia rabeſcet. Non  
est vulgaris, o Germane, iste ascensus, neque eorum imitatione sufficiens, qui vna dunta-  
xat ala sursum feruntur, sed omnino paucissimis familiaris, illis videlicet, qui semet in vni-  
tatem non temere reducerunt. Multi quidem conantur, sed non omnium est in mente  
ternarius. Nonne suspecturi cœlum necessario primum caput eleuamus, reducimisque  
postea quam suspeximus. Solis licet oculis intueri solem. Aures non vident. Vtigitur con-  
scendat animus, non auris fiat, sed oculus & cor, fiatque ex ternario vnitas participa-  
tione bonitatis ad principium, quia vnum est bonum omnipotens, non duo neque plu-  
ra. Nisi enim fiat vnitas, non fiet similitudinis in mente coniunctio, neque boni parti-  
cipatio, & sine his nulla transcensio: nisi autem hæc præcedant, neque superiorum intel-  
ligentiam, neque inferiorum propriam consequi poterit operationem. Res autem  
tam vniuersales quam singulares necessario, & rerum conditiones quædam sunt mani-  
festa, quædam manifestiores, & quædam manifestissima. Et alia quidem sunt occul-  
ta, alia occultiores, alia occultissima, tam sensui quam rationi. Quam diuersitatem  
operatur ipsarum rerum natura. Hinc fit, quod quidam homines cæteris euadent sa-  
pientiores. Magis autem sapiens dicitur, qui minus perceptibilia percipit. Numerus  
ordine constat & mensura. Ordo quoque sine numero & mensura esse non potest. Men-  
sura autem & numero constat & ordine. Vnitas hic & ternarius binarium non ad-  
mittunt, sed omnem exuti multitudinem innata sibi puritate simplicissima in primo  
consistunt. Hæc ad superos via, o Germane, per quam antiqui sapientes intelligibi-  
liter profecti rationis ductu plurima perceperunt, quæ vltra humanam comprehensio-  
nem à nostris nunc reputantur sapientibus. Vis audire plenius. Studium generat co-  
gnitionem, cognitio autem parit amorem, amor similitudinem, similitudo commu-  
nionem, communio virtutem, virtus dignitatem, dignitas potentiam, & potentia facit  
miraculum. Hoc iter vnicum ad finem magicarum perfectionum tam diuinarum  
quam naturalium, à quibus arcetur & confunditur procul omne superstitiosum, prasti-  
giosum atque diabolicum. Enimvero nihil aliud per magiam intelligi volumus quam  
sapientiam, physicarum scilicet & metaphysicarum intelligentiam rerum, quæ diuinarum  
& naturalium virtutum scientia constat. Harmoniam cœlestem non materialem, sed  
spiritualem consonantiam nobis suspiciendam scias oportet, vbi numerus, ordo & men-  
sura per ternarium in vnitatem conueniunt, ad quam consonantiam inferiora no-  
stra omnia sunt conformanda. Fatuum est harmoniam arbitrari cœlestem, stella-  
rum consonantium motu causante auribus perceptibilem formare sonum. Est autem  
harmonia cœlestis, numero, ordine, & mensura distributionum corporum inuio-  
labilis consonantia. Sed hanc supergredi necesse est, vt ternario pareatur ascensus ad  
eam quæ supercœlestis est harmoniam, vbi nihil materiale sed spiritualia sunt omnia. Inde  
menti assumenda similitudo vnde venit. Stellaris enim harmonia mentem nec dedit nec  
influit. Quidam philocryphus dicebat sic: Quicumque conditionem cœlestis harmoniæ  
notam

*Magia quid*

*Astra nullū imperium habent in mentem.*

MILIARES

capit vim superiorem & inferiorem. ...  
nem apus producere numerum de  
m, binarius ab unitate recedens con  
ergo ternarius, sacratus, virtuosus, de  
natura, sed similitudinis participatio  
yferia intelligit mens archana pulch  
a virtus, quae vincit omnia mem  
um quodque pulchritudine operati  
compositis, sed errant, falluntur, de  
Volunt mirari naturam, & fice  
tutis naturae non intelligant. Non  
tati sunt & sine arum discipuli, hosti  
m intelligibili cognitione nihil est  
us noster Iesus Christus dixerat, quod  
estis est, non terrena, vt sumuntur  
is intuitu per fidem & cognitionem  
in sanctum, vnum principium, vnum  
personarum sempiternum cultum  
eruentissimi amoris & caritatis coe  
te possunt. Ad hunc nisi mensuram  
er, sed in sua ignorantia abest. Non  
imitatione sufficiens, qui vna dicitur  
miliaris, illis videlicet, qui semet in  
natur, sed non omnium est in mente  
imum caput eleuamus, redicimusque  
olem. Aures non vident. Vt igitur  
r, sicut ex ternario vnitatis particip  
um omnipotens, non duo neque  
mente coniunctio, neque boni p  
e praecedant, neque superentur  
i poterit operationem. Res autem  
rum condiciones quadam sunt mus  
sissima. Et alia quidem sunt ocul  
quam rationi. Quam diuersitatem  
quidam homines ceteris eorum  
us perceptibilia percipit. Numerus  
mero & mensura esse non potest. Me  
hic & ternarius binarius non ad  
sibi puritate simplicissima in primo  
er quam antiqui sapientes intelligeb  
que vltra humanam comprehendeb  
s audire plenius. Studium generat co  
similitudinem, similitudo commo  
d, dignitas potentiam, & potentia  
arum perfectionum tam diuina  
procul omne superstitiosum, pra  
per magiam intelligi volumus quam  
intelligentiam rerum, quae diuina  
niam coelestem non materialen, sed  
oportet, vbi numerus, ordo & me  
quam consonantiam inferiora  
moniam arbitrari coelestem, ab  
tibilem formare sonum. Est aut  
ara distributionum corporum inu  
e est, vt ternario pareatur alacritas  
eriale sed spiritualia sunt omnia. In  
nim harmonia mentem nec delectat  
que conditionem coelestis harmonia  
notam

notam haberet, tam praeterita quam futura cognosceret. Quis autem mihi dabitur ex mil  
libus vnus, qui harmoniam hanc intelligat coelestem? Ad supercelestem mens nata est,  
cuius similitudine viuut. Altra nihil intelligunt, nec sentiunt quidem, vnde nec sapien  
tiam menti nostrae conferunt, nec aliquid in nos dominum habent, qui spiritu ambu  
lamus, confrentes Dominum Iesum Christum omnia in sua potestate habentem, ad cui  
us nos similitudinem pro viribus fideliter oportet conformare. Ipsa est enim sapientia  
Dei patris, ipse est fons & origo scientiae, ipse est animi centrum, per quem facta sunt omnia,  
Abeant homines temerarii, homines vani, & mendaces astrologi, deceptores mentium,  
& friuola garrientes. Nihil enim ad mentem immortalem, nihil ad scientiam naturalem,  
nihil facit ad sapientiam supercelestem stellarum dispositio, sed corpus in corpus duntaxat  
10 suum habet imperium. Mens est libera, nec stellis subiicitur, nec earum influentias concipit,  
nec motum sequitur, sed supercelesti principio, a quo & facta est & secundatur, tantu  
communicat. Caetera quae tibi ad inquisitiones tuas respondenda fuerant, o Germane, sa  
cratiore inclusimus scrinio, tibi soli per Narciscum exhibenda, cui & clauem tibi afferen  
dum non satis scienti commisimus, ne scrinium archanis plenum sine vtilitate possideres.  
Venire autem ad te personaliter hac vice nequiuimus, quoniam aliorum vocati sumus.  
Disces tamen ex Narcisco mentem nostram plenius, quomodo & quando nobis ad te veni  
endi facultas accedere possit. In aliis literis scripsimus omnia quae nobis ad te scribenda  
videbantur. Vale nostri memor nec tui oblitus. Ex Neometi ciuitate Spirensi 24. die Au  
gusti. Anno Christi 1505.

XXXV.

WOLFGANGYS HOPILIYS IOANNI TRITHEMIO AB  
bati Spanhemensi Salutem.

ELEGANTISSIMAM nuper a te mi Trithemi accepi epistolam, quae nobis & iuctanda  
fuit, & menti admirationem induxit, quod ipse vir doctissimus atque mihi prorsus excellen  
tior, ad me formicam agrestem vitam agentem scribere non sis dedignatus, & eo argumeto  
tui ad nostrum incultum ingenium animi volueris declarare affectum. Vnde vero acci  
derit hoc, me coniectura scire credo. Narciscus noster scientiarum omnium bonarum dil  
30igentissimus inquisitor, ea fortassis quae somniis & phantasmatibus similia sunt, maiora  
quidem quam nostra paruitas praestare queat, tibi de nobis retulit, cuius tu verbis adhibes  
fidem (nam qui honesto sunt animo & ingenio benigno, quaecumque de aliis audierint bo  
na facile credunt, mala vero tarde) impulsus es, quantum coniectare possum, vt mihi lite  
ras tuas ornatissimas communicares. Habeo gratias immortales, vt pote qui tanti viri li  
teras magnifacio. Quicquid enim humanis in rebus scibile fuerit, te non latere scio, qui  
cunctos hodie mortales ingenio, scientia, & experientia literaria facile superas & excellis,  
quod tua scripta, & probatissimorum virorum testimonia luce manifestant clarius. Hinc  
doctos omnes singulari humanitate complecteris, quini immo & eos quos fama pertulerit  
in notitiam tibi quicquam callere, & si hominum sint inferiores laudibus, pro ingenita ti  
40bi bonitate magnificas ac plurimi aestimas. Reliqua pectoris nostri archana ex Narcisco  
nostro communi amico intelliges, qui tuum immortale nomen marmoris in sculpfit  
pectoribus. Quem tibi, & si non sit opus, plurimum commendo, eique persuadeas velim, pe  
ricula Arislei & Alehindi vt praecaueat, quorum alter vitam miserime finiuit, alter vero  
dementiam incidit, vt ex eorum opusculis facile nosti. Vale & nos ama. Ex officina nostra  
Parisiense 3. Calend. Augusti Anno Domini M. D. V.

XXXVI.

IOANNES TRITHEMIUS SPANHE, WOLFGANGO  
Hopilio cini Parisiensi S.

10 NARCISCVS noster ad me veniens Neometim 15. die mensis Augusti, tuas mihi lite  
ras lupambule tradidit, & reliqua abs te sibi commissa explicauit. Miraris quod me  
ris dignu aestimaui, putans nimis me credulu exitisse Narcisco, quasi te, priusquam ille me  
accessit, non nouerim. Quantum enim sis multorum antea relatione cognoui. Tu aut probe  
facis consilium imitando sapientis qui dicit: Quanto magnus es humilia te in omnibus, &  
coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab hominibus hono  
ratur. Ipsa quoque Dei virtus & sapientia homo Christus Iesus in Euangelio sancto dixit: Om  
nis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Excelsa est patria nostra coelestis, Luca 14.  
Re 3